

Q. F. F. Q. S.

THESES PHILOSOPHICÆ, QUAS,

Consensu Ampliss. Facult. Philos. In Reg. Acad. Aboënsi,

PRÆSIDE,

D_N. PETRO KALM,

Oeconomiae PROFESS. Reg. & Ord. nec non Reg.

Acad. Scient. Holm. & Societ. Litt. Upsal.

MEMBRO

PRO GRADU,

Publice ventilandas sicut


JOHANNES AVELLAN,

TAVASTENSIS.

In Audit. Majori Die VI. Jul. MDCCLVII.

H. A. M. S.

ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCKELL.



D. D.

THESIS I.

QUUM omnium scientiarum finis ultimus sit felicitas generis humani; quumque illæ auxiliatrices sibi invicem præbeant manus, patet exinde, omnes scientias œconomiae aliquid utilitatis adferre.

THES. II.

INTER has non minimum commendanda est Theologia, quæ fundamentum ejus certo respectu merito dicenda est. Prout enim ad externum ordinem servandum cæteris

***) 3 (***

ris omnibus plus confert, ita ad varias e-
vitandas superstitiones viam p'andit.

THES. III.

UNitas religionis in republica maxima qui-
dem prærogativa esset; ubi tamen illa
civium laborat inopia, ibi exoticas, obser-
vatis observandis, tolerari posse existunamus.

THES. IV.

AD historiam naturalem quod adtinet,
illa, quo majora capit incrementa,
eo majorem utilitatem œconomiae adferre
certo præsumitur.

THES. V.

UTpote sapientiæ Divinæ repugnat cre-
are aliquid inutile, ita summam pro-
dit insaniam naturæ curiosis illam cum con-
temtu proponere quæstionem: cui bono?

THES. VI.

Quandoquidem studium Historicum na-
turæ non modo inquirit in veras ideas
gene-

* *) 4 (* *

genericas & specificas, itemque vera rerum naturalium nomina; verum & omnes alias circumstantias, quæ circa illa, sensibus observari possunt; adparet, quomodo illa ad minicula maxime S. Scriptura interpreti profutura suppeditet, quæ horum nominum accuratæ interpretationi optime inserviant, ceu exemplo suo loca Matth. XXI, 19. Marc. XI, 13. comprobant.

VI. 23HT

THES. VII.

SImplicitati linguae Ebraeæ illorum sententiam contrariari, qui חַרְוָנִים 2. Reg. VI, 25. pro planta accipiunt, cum Celeberrimo Celsio indubie adfirmamus.

THES. VIII.

Qui cum Euthymio ἀνέδει Johannreas herbae cujusdam genus fuisse asseverant, ii utique a vero prorsus aberrare censendi sunt. *Nihil enim hac herba absurdius fingi potest* teste Bocharto in Hierozoico.

THES. IX.

***) 5 (***

THES. IX.

DE illis, qui per locustas has, aviculas & pisces in Jordane captos, intelligunt, & aliis qui ἵνειδας pro ἄκειδας legentes, lagana fuisse statuunt, idem judicium esto.

THES. X.

MAxima difficultas ad dextre interpre-tenda locā Matth. XXI, 19. Marc. XI, 13. in eo sita est, quod Salvator dulcissimus dicatur quæsivisse fructum in arbore, quum non esset καρπὸς σύκων, id quod absque ignorantia factum non esse aliquis existimaret.

THES. XI.

Qui autem ex Historia naturali edocitus arbores quasdam per hyemem interdum fertilitatis suæ reliquias retinere & sin-

***) 6 (***

gulare quoddam ficuum genus שׁוֹר בְּנָה dictum ejus esse indolis, ut grossulos quo-vis anno protrudat, ad maturitatem autem non nisi anno tertio perducat, emphaticum illud Evangelistarum οἰκουμένης φύλα in auxilium vocaverit, omnes dubitationis nebulas di-spersas videbit.

THES. XII.

AD studium Oeconomicum pro virili pro-movendum quemlibet obligari, tanto dilucidius patet, quo certius est, illud nos docere modum, quo quisque, quæ ad vi-tam honeste sustentandam pertinent, sibi ad quirere, & adquisita conservare debeat.

THES. XIII.

AVaritia licet fortassis primo intuitu œconomiae amica cuiquam videri posset; penitus tamen re considerata eidem inimi-ca maxime a quovis judicabitur.

THES. XIV.

***) 7 (***

THES. XIV.

LIcet antiquissimorum libri de utilissima
Oecon. scientia agentes perditi sint,
habentur tamen in Salomone & Siracide
quædam præcepta œconomiae.

THES. XV.

APro Romanos magni pretiis œconomia,
præsertim agricultura, fuit, nimium ta-
men temporis bellis videntur consumfisse.

THES. XVI.

AB expeditionibus præscæ gentis nostræ
etiam arcessenda procul dubio est,
caufa, cur tam parum œconomiae fuerint
dediti.

THES. XVII.

LEges, utpote nullius sunt utilitatis, ni-
si illis obedientia præstetur; ita etiam
illæ

***) 8 (***

illæ, quæ ad œconomiam sublevandam sunt
latæ, adcuratam, ut eis obsecundetur, po-
stulant inspectionem.

THES. XVIII.

VItium itaque in judicando committunt,
qui illas salva conscientia violari pos-
se existimant.

SOLI DEO GLORIA !!!

